

## De Machabais

fuit eorum opposuit. Defuncto autem Juliano et Ioviniano regnante sopitis arriamis: eusebius vercellas rediit et eum populus cum magna exultatione suscepit: sed iterum valente regnante arriami repullulant. Et eusebii domum vallantes et extra domum ipsum supinum trahentes lapidibus eum obrueverunt. Et sic ad dominum feliciter migras: in ecclesiam quam ipse construxerat sepultus est. Fertur quod hanc gratiam sue civitati eusebius a deo suis precibus impetrasse: ut nullus arria ibidem vivere possit. **V**ixit autem secundum Cronica ad minus 88. annis. **F**loruit circa annos domini 340.

## De machabeis.

**M**achabei sunt septem fratres qui cum matre sua reverenda et Eleazaro sacerdote pro observacione legis: cum carnes porcinas nolent comedere: inaudita suppliciorum genera pertulerunt secundum quod in libro Machabeorum plenius continetur. Et notandum quod ecclesia orientalis facit festum de sanctis utriusque testamenti. Occidentalium autem non facit festum de sanctis veteris testamenti: ex eo quod ad inferos descenderunt: preterquam de innocensibus ex eo quod in ipso sanguine occisus est christus: et de machabeis. Sunt autem quatuor rationes que re ecclesia de istis machabeis licet ad inferos descenderunt solemnisat. Prima est propter prerogativam martiri. Quia enim inaudita supplicia a veteris testamenti passi sunt: ideo privilegiati sunt ut

## De Vinculis S Petri

77 eorum passio merito celebratur. **H**ec ratio ponitur in historiis scolasticis. Secunda est propter reputationem misterii. Septenarius ei numerus: numerus est universalitatis. Significans quod in istis oes patres veteris testamenti celebritate digni. Nam licet de ipsis non solemniset ecclesia. Tum quod ad limbum descenderunt. Tum quod multitudo novorum subintravit: in hijs tamen. Accipit oibus reverentiam quod pro septenario numerum ut dictum est universalitas designatur. Tercia propter exemplum patienti. Proponuntur enim in exemplum fidelibus: ut scilicet horum constantia ad zelum fidei aientur: et ad patientiam pro lege evangelii sicut illi pro lege Moyse feritius astringantur. Quarta est propter eam supplicium. Nam pro defensione legis sue tanta supplicia passi sunt: sicut et christiani pro defensione legis evangelice patiuntur. Has tres ultimas rationes assignat magister Johannes beletus in summa sua de officio.

## De sancto Petro ad vincula.

**H**estum sancti Petri apostoli quod ad vincula dicitur quod duplici de causa institutum fuisse putatur: scilicet in memoria liberationis petri huius alexandri pro destruendo ritu gentium et pro impetranda absolute spiritualium vinculorum. Prima ergo causa est. In memoria liberationis petri. Nam sicut dicitur in historiis scolasticis Herodes agrippa roma adiit et ibi Cayo nepoti Tiberii cesaris familiarissimum existit. Quadam autem die dum esset herodes in curru cum Cayo leuatis